



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

157. Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere confessionem ad versus alios contrarium sentientes. Ex quo deducitur, quod quando privilegium est necessarium ad servandum aliquod præceptum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

illum non damnarem, cùm sequeretur sententiam
fatis probabilem, quam tenent viri doctissimi. Ita-
que, si casus occurrat, potest quis vel non commu-
nicare, vel si vult, communicet; præmissa tamen
contritione de peccatis commissis.

RESOL. CLV.

*An Sacerdos ad dandum Vaticum moribundo possit
celebrare absque prævia confessione?*

*Ex quo à fortiori infertur, quod se Sacerdos, hausto in-
scienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat
paulatim vires sibi deficere, & mortem appropin-
quare, poterit quidem hujusmodi Sacerdos cum con-
scientia peccati mortalis, præmissa contritione, Mis-
sam celebrare absque confessione, ut seipsum com-
municare possit in eo mortis periculo, & etiam non
jejunus in dicto casu.*

*Et appetit dispar ratio, quare sine vestibus non licet
celebrare pro dando Vaticum infirmis, & licet cele-
brare sine prævia confessione. Ex part. 9. tract. 3.
Ref. 17.*

*Sup. conten- §. 1. Negativè respondet Ochagavia de Sacram.
to in hoc, & Euchar. tract. 2. quest. 9. n. 5. ubi sic ait:
seq. §. suprà [Non tamen probabilem iudicio sententiam Henri-
in Ref. 148. quez in Summa, tom. 2. lib. 8. de Eucharist. cap. 47. affe-
à lin. 5. & rentis, debere Sacerdotem sine præmissa Confessio-
pro parte, ne fuit in ne suorum mortaliū celebrare, cùm ægrotus con-
150. & in stitus est in articulo mortis, & tenetur Sacram
Ref. 151. §. Ni obsta & Communionem recipere; quia tunc non currit pre-
in tom. 2. tr. ceptum Communionis, cùm non sit copia Sacra-
1. Ref. 134. mentis, quia Sacerdos nequit celebrare nisi debito
§. vlt. imprin- modo, vt non posset Sacerdos ob eam causam sine
cipio. vestibus sacrī celebrare.] Ita ille.*

*2. Sed sententia Henriquez non solum est pro-
babilis, sed tenenda. Et ideo affero cum Fagundez
Præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 4. ex Suarez, quod si ne-
cessitas proximi in articulo mortis urgeat, itaut ne-
cessarium sit Sacrum facere, & hostiam consecrare
ad illum communicandum, & non detur copia Con-
fessarij; rectè poterit sacerdos, habens conscientiam
peccati mortalis, habita contritione, celebrare; quia
illa necessitas proximi eo casu, ut propria reputanda
est, juxta illud: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Et ratio est: quia iam tunc dantur prædictæ duæ
conditions requisiæ ad celebrandum, & communi-
candum absque Confessione, nempe, necessitas
urgens, & defectus copie Confessarij: & parum
refert, quod illa necessitas non sit propria, sed pro-
ximi, cùm pro propria habenda sit. Ex his à fortiori
infertur, quod si Sacerdos hausto inscienter veneno,
deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires
sibi deficere, & mortem appropinquare; poterit
quidem hujusmodi Sacerdos cum conscientia pec-
cati mortalis, præmissa contritione, Misam cele-
brare absque Confessione, ut seipsum com-
municare possit in eo mortis periculo: imò nec solum je-
junus; sed etiam post cibum, & non jejunus in eo
casu ut seipsum communicaret, celebrare potest. Et
ratio est: quia tunc communicat per modum Vati-
ci: quo casu permititur Communio non jejunis; &
quia non datur copia Confessarij, & aliundæ urget
præceptum divinum communicandi in articulo &
periculo mortis; atque adeò concurrunt prædictæ
duæ circumstantiae requisiæ, urgens necessitas, &
defectus copie Confessarij.*

*3. Nec obstat dicere in favorem Ochagavia, quod
prohibitio celebrandi sine vestibus est de jure posi-
tivo; prohibitio autem celebrandi absque prævia
Confessione est de jure divino. Ergo, si ad dandum
Vaticum moribundo, non est licitum celebrare*

absque vestibus sacrī; à fortiori non erit licitum
celebrare sine prævia Confessione. Respondeo,
quod irreverentia celebrando sine vestibus sacrī
non potest in nostro casu aliunde compensari; irre-
verentia vero celebrando sine prævia Confessione
potest compensari aliunde, nempe, per contritionem.
Ergo est dispar ratio inter utrumque casum.
*Sup. hoc
fine vesti-
bus in tom. 2.
1. Ref. 134.
rationes penes Cardinalem Lugo de Sacramen-
to. Nota cu-
m. in aliis
cibus 100.
Et ita
nostram sententiam affirmativam contra Ocha-
gaviam tenet etiam Adamus Tannerus tom. 4. dis-
put. 5. q. 8. dub. 2. num. 36.*

RESOL. CLVI.

*An Sacerdos, si nō adst copia Confessarij, possit absque
prævia confessione perficere Missam, in qua hostia
consecrata celebrans mortuus est?*

Et an ad hanc teneatur?

*Et adhuc, quod seposito scandalo Sacerdos in
mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alte-
rius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem
elicere. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 14.*

*§. 1. A D hunc casum responderet Joannes Pra-
positus in 3. part. D. Thom. q. 80. ar. 5. dub.
3. n. 19. f. Si post consecrationem, etiam unius speciei,
celebrans moriatur, vel deficit, nec adst alius, qui
Sacrificium perficiat, præter Sacerdotem peccato-
rem; hic potest, & tenetur, etiam non præmissa Con-
fessione, (quam suppono non posse instituere,) Sa-
cramentum perficere, & communicare; nam major
est obligatio Sacrificij perficiendi, quam præmit-
tente Confessionem communione, & absolute censur
grave, quod Sacrificium imperfectum remaneat; unde
necessitas illius complendi abunde sufficit, vt
possit aliquis omisa Confessione communicare.*

*2. Adverte tamen, quod seposito scandalo, Sacer-
dos in mortali constitutus posset excusari à Sacrifi-
cio alterius perficiendo, si moraliter vix posset contri-
tionem elicere: nam, quamvis homini non deit
divinum auxilium ad hujusmodi contritionem eli-
ciendam, interdum tamen potest ita multis mortali-
bus implicari, & tam diuturna peccandi consuetude-
ne, vt illi difficillimum, & moraliter impossibile,
perfectam contritionem elicere: quo casu, cùm non
offerat imperfectum Sacrificium, sed ab alio inchoatum
relinquat imperfectum, ad quod perficiendum
non tenetur, si non possit cum dispositione necessa-
riæ requiri, videtur, quod non tenetur Sacrificium
ab alio inchoatum perficere, si, moraliter lo-
quendo, vix possit adferre congruum dispositionem,
sed quod possit relinquare imperfectum, circa quam
imperfectionem solum permitti se habet.] Hæc
omnia Praepositi, qui citat Sotum, & Toletum.*

RESOL. CLVII.

*Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos premit-
tere confessionem adversus alios contraria sentientes.
Ex quo deducitur, quod quando privilegium est neces-
sarium ad servandum aliquod præceptum divinum,
tenetur homo uti prærogatio, ut seruat illud; quando
vero præceptum est humanum, probabilis est senten-
tia, quod non tenetur homo uti prærogatio; ut si sit
cessatio à Divinis in aliqua Cœnitate, & concedatur
facultas alicui Ecclesiæ, ut in ea agatur res Sacra,
tunc probabile est, quod non tenetur populus audire
Missam. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 13.*

§. 1. P.

De Sacram. Pœnit. Ref. CLVII. &c. 195

§. 1. *P*onitur casus, quando sacerdos est Religiosus, & solum habet præsentem facer-
doteum latum, & habet aliqua peccata gravia cum
aliqua infamia, tunc dicit Summa Rofella verb.
Communi, quod potest communicare sine Confes-
sione ad vitandam infamiam sue Religionis. Sed
hoc mihi videtur improbabile, quandoquidem pat-
va, vel nulla sequitur infamia Religionis.

2. * Alius casus ponitur a quibuidam, quando,
se licet, aliquis habet, præsentem sacerdotem, cui
potest confiteri ex privilegio; vult tamen commu-
nicare sine Confessione, quoniam non vult con-
fiteri nisi proprio sacerdoti. Et probatur ista sen-
tentia: quia nullus tenetur uti privilegio; sed
confiteri tali sacerdoti est privilegium: ergo non
tenetur illi confiteri. Sed etiam casus iste est impro-
babilis; quoniam talis communicans habet præ-
sentem sacerdotem sufficiens: ergo habet co-
piam Confessoris.

3. Ad argumentum verò in oppositum factum di-
stinguitur major propositio: quando privilegium est
necessarium ad servandum aliquod preceptum, ne-
gat: alias transcat: præcipue quando præceptum est
et divinum; quoniam quando illud præceptum est
humanum, probabilis est sententia, quod non tene-
tur homo uti privilegiis ut servet illud: ut si sit es-
fatio à divinitate in aliqua civitate, & concedatur fa-
cilius alicui Ecclesie, ut in illa agatur res sacra, tunc
probabile est, quod non tenetur populus audire
Missam, quoniam secundum leges cœfationis à divi-
nis sunt excusati, & est privilegium, quod celebre-
tur in illi Ecclesia, qui privilegio dicitur probabili-
ter, quod non tenetur uti. Et hæc omnia nota Nug-
nus in 3.p. tom. 1. q. 80. art. 4. diff. 2.

4. Notandum est etiam, quod non est censenda
Confessoris inopia ex eo tantum, quod deest pro-
prios, cui possit devotus, & utilius confiteri, contra
Sylvest. Eucharist. 3. 9. 14. qui tamen hoc sub dubio
allicit, pro quo citat Richardum, qui in 4. diff. 17.
art. 3. queſt. 6. id exp̄ſe docet. Ratio autem est
quia reverentia huic sacramento debita prævalet
privatis utilitatibus, & devotioni. Neque etiam cen-
dens
da est Confessoris inopia: quia tantum adeſt sa-
cerdos, cui non nisi ex privilegio confiteri posset;
nam revera in tali cau non deest copia Confes-
ſoris; proinde teneris in eo eventu uti privilegio ad
obſervantem hujus præcepti. Sicut teneris eo uti
ad præceptum annuere Confessionis servandum. Et
ita docet Añcias in Curs. Theol. tom. 7. diff. 26.
ſett. 2. n. 14. Et circa omnia superius dicta unde cuiam
Aversan de Sacram. Eucharist. queſt. 6. ſett. 8. &
Fagundez de præcept. Ecclesiæ, præcept. 3. lib. 3. c. 9.
num. 17. & 18.

5. Aliqui etiam ponunt alios casus, sed male, de
quibus sic ait Garcias, in sum. mor. 17. 3. diff. 5. dub. 1.
punct. 5. n. 47. [Algunos Autores estienden la do-
trina pueri otros cuatro casos. El primero, al sacerdo-
te pobre, el qual por no privarle de la limosna de
la Misa para pasar, dizenque puede celebrar con
fijo acto de contrición, no aviendo Confesor. El
segundo, al Capellán, a quien le obliga su Capella-
nia a celebrar. El tercero, quando ay cuerpo preien-
te, se ha de decir Misa de die obitus, y no ay otro
que la diga. El cuarto, quando ay bodas, y se ha de
decir Misa nupcial; però la comun de los Docto-
res no admite estos casos, fino huierte infamia, ó
nota en la omisión, porque lo demas seria abrir la
puerta a la relaxacion, y dar anchá mano para da-
xar de confessarse, y assi si no ay infamia, o otras
circunstancias que excusen preciamente, los casos
pueblos no basta.] Ita ille. Itaque non est exten-
denda licentia celebrandi absque Confessione ad

Tom. I.

hos casus. Primo, quando pauper sacerdos habet ius
præter finem boni communis sacrificij, ut accepta
ſtipe ſuffitentetur ex Missa. Ita ex aliorum opinione
docet Henr. lib. 8. Euchar. c. 46. n. 6. & citat ad mar-
ginem litera T. Taben. verb. Missa. §. 31. & dicit ibi
ita exp̄ſe tenere Sylveſtr. verb. Euchariftia 2. §. 7.
Sed ego perattente legi Sylveſtrum, & exp̄ſe non
reperi: nec talē necessitatem probro; quia ius ſtipis
ad ſuffitentiam præcisè ſumptu non eſt cauſa
ſufficienter excusans; & alioqui nimia licentia dare-
tur sacerdotibus ad celebrandum sine Confessione;
& idem meo iudicio censeo, in eo cauſa nunquam eſſe
excusandum sacerdotem à gravi irreverentia, & fa-
cilegi peccato. Secundo, si sacerdos teneatur ex
obligatione capellanæ, aut ex ea obligatione, quam
quidam sacerdotes habent, dicendi tringinta Missas
continuas. Ita docent Sylveſter, & Henrquez citati.
Verum ex præciſa hac obligatione, niſi aliae circum-
stantie excusantes occurrant, hunc sacerdotem non
excusabo à gravi peccato facilius; quia, ut modo di-
xi, ius ſtipis ad ſuffitentiam sacerdotis non con-
ſeri debet necessitas ſufficienter excusans, alioqui da-
ret magna licentia sacerdotibus facrum hoc my-
ſterium contemnendi, & minus reverenter tractandi;
tunc autem illum excusabo, quando etiam incidet
in occaſionem generanda, alioſcendere que ſibi infa-
mia, si non celebraverit. Addunt aliqui, etiam pro
benedictione nuptiali danda ſponsis, poſſe quoque
ſacerdotem, si deſtit copia Confessoris, contritū Miſ-
ſam celebrare; quia obligatio accipienda benedi-
ctionis, & dandæ dum petitur, videatur cauſa ſatis ur-
genſis, ad excusandam obligationem præcepti divini
præmittendam Confessionem ante Communionem.]
Ita Henr. allegatus. Nam, quamvis ille id referat
ex aliorum opinionem, tamē id non improbat, hecque
in textu, neque ad marginem, quare videtur hanc ne-
cessitatem approbare: quia illius mos eſt statim vel
in textu, vel in margine improbare, quia non appro-
bat; & ſic conſequenter dicendum eſt, illum numeratos
casus approbare, cum ſimiliter eos non impro-
bat. Verum ego etiam hanc necessitatem non pro-
bo: quia obligatio ſufciendi benedictionem nup-
tiale, juxta meliorem opinionem, non obligat niſi
ſubveniali tantumq[ue] forte in eo cauſa conſiceret
ſibi infamiam, non celebrando, maximè præſentibus
multis, qui ipſos ſponsos ſociarent. Et hæc omnia
docet Fagundez ubi ſupr. num. 8. licet contra ipsum
Leandri, de Sacram. tom. 2. rr. 7. q. 32. teneat, Sacer-
dotem, qui ex obligatione capellanæ, aut eleemosynæ
acceptæ teneatur offere Sacrum, poſſe defi-
ciente Confessore sine prævia Confessione cele-
brare. Sed ego puto non eſſe recedendum à ſenten-
tia Fagundez, Garcia, & aliorum.

R E S O L . C L V I I I .

*An in casibus, quibus licitum eſt ſumere Euchariftiam
ante confessionem, opus fit elicere actum contritionis?*
Et notatur: quod si talis bona fide putat ſe contritum,
poſſet hoc Sacramentum ſumere, neque peccatum, ſi
ſubdubit, non ſufficientem habeat contritionem.
Et queritur: quando actus doloris & contritionis elici-
debet a Sacerdote, cur deſtit copia Confessoris, &
adeſt urgeas neceſſitas celebrandi, an ante inchoatio-
nem Miffa, vel ante conſecrationem?
Et quid, ſi Sacerdos recordetur de peccato mortali
poſt conſecrationem?
Et deducitur, quod tangere corpus Christi in peccato
mortali non eſt peccatum mortale.
Etiamque cursim inſertur Confessarium non peccare
mortali, ſi incipiat audire confessionem in peccato
mortali, dummodo ante abſolutionem conserat.

R. i. Et